

solet, inuidia, Libri huius utilissimi, ceterarumque illustris Auctoris Bibliothecarum, fortunam, quam ordo, selectus, iudicium, luculentia, iisdem conciliabant, sed eandem inuidiose turbare fuit conata. Quorsum referto, quod per summam calumniam a non nemine fuit prolatum, Bibliothecas hasce ex Bibliopolarum & nondinalibus catalogis magna ex parte esse compilatas. Quod quidem quam improbe & maleuole sit pronunciatum vitæ officiorumque illustris Auctoris rationes aperi-
tissime confirmabunt. Enimvero cum primas huius Bibliothecæ lineas duceret, usus est Bibliotheca Samue-
lis Strykii summi ICti, quæ libris præsertim ad Ciuitia
Iura spectantibus, egregie instructa erat; in Belgico in-
de atque Germanico Itinere præstantissimas cum publi-
cas, tum priuatas Bibliothecas erudite vidit. Confe-
ctis Itineribus, Bibliothecæ Ducali, quæ usibus Acade-
miae Ienensis est destinata, quæque inter Academicas pri-
mas fert, præfectus, per sex annos se totum Rei literariæ
dedit coque tempore ingeniorum selectorum desideriis
excitatus, animum ad disponendas Bibliothecas appulit.
Postea decadente statione sua Georgio Schubarto eru-
ditissimo & celeberrimo Viro, Historiarum Doctor publi-
cus factus, Bibliothecam selectissimis & rarissimis libris
ipsem instruxit, inque eandem laudati iam Schubarti
non transtulit solum, sed & amplioribus dignitatum ac-
cessionibus dignissime auctus deque Controversiis sum-
morum Principum consultus optimis præstantissimisque
libris e Gallia & Belgio adductis eandem egregie locu-
pletauit. Quæ omnia cum eruditis propter illustris
Viri celebritatem, quam ore & scriptis solidissimis sibi
comparauit sint notissima *, vel sola sufficiunt ad

con-

* Unicum saltim nomine testem eundemque locupletissi,